



**Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo s[an]cto[rum] symonis [et] iude.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](#)

In festo sctōꝝ symonis et iude. Fo.ccl.

vertit se ad ipsam veritatē pri-
mam et ei aperit ad hoc quod intret
ergo necesse est quod dominus queratur
ad illū sed hoc non est nisi per gra-
tiam ergo virginibꝫ prudētibus
faciētibꝫ quod in se erat necesse
domini infundit oleum g̃re in vasis
suis ut possint irrare ad nuptias
bitudinis eterne. Ad rōnes
in opposituz. Ad primā r̃idef
negado p̃iam. Et ratio est. quia
non sequitur sola libertate dat. ergo
se habet ad dādū et h̃o ad dan-
dum faciēti quod in se est. sed bene
sequitur quod sola libertate dat. ergo
non dat ex meritis vel p̃ coactio-
nem vel p̃hibitionē. quod hoc ex so-
la libertate excludit coactiones
et prohibitiones. et non immutabi-
litatem. Ad secundam respon-
detur. quod assumptū est falsum. si
necessarium dicatur immutabi-
le. talia enim non opponuntur. si aut̃
dicatur necessarium coactum vel
p̃hibitum. sic verum est quod oppo-
nuntur. Primo modo est necessi-
tas in deo. ppter hoc non oppo-
nit sue libertati. imo ex hoc est
laus sua quod ipsa est immutabilis
et immutabiliter libera. Ad ter-
tiam risidetur. Cum queritur quod
sit facere quod in se est. Dicim⁹
quod facit homo quod in se est. qui
ex libertate arbitrii homo auer-
tit se a malo. et conuertit ad bo-
num recurrens ad deum quem
scit suum esse principiū. et quem
esse prandium sibi. et perq ab eo
lumen cognitionis fidie et boni.
Ad rationem ipsum respondet

quod rectitudine illa est naturalis et
est que semper contradicit pec-
cato. Unde finis illam mouet inde
risus que semper murmurat con-
tra peccatum. sed arbitrium non
semper dirigitur finis illaz nec se
per sequitur eam arbitrium. et
ideo ratio non procedit. Et sic pa-
tet quod homo faciendo quod in se est
consequitur gratiam a deo.



In festo sy-
monis et iude
est euāgeliū:
Hoc est pre-
ceptū tc. Io:
xv. Circa quod
possunt dispu-
tari sequentes
questiones.

Primo. utrum
christo adueniente predicante non
tamen faciente visibilia miracu-
la indei ei credere tenebantur.

Secundo. utrum argumentū illud

christi sit sufficiens quo ait. Si ope-
ra non fecisset in eis que nemo
alius fecit. peccatum non haberet.
D. prīmaz
q̃stionem qua
querit. utrum
christo aduenien-
te et predicante
non tamen fa-
ciente visibilia
miracula in
dei ei crede-
re tenebantur. Et videtur quod non.
et per consequens expusati erant.

I q



In festo sanctorum symonis et iudei

¶ Primo sic. quicunq; non facit
hoc ad quod tenetur peccat. sed
si homines no crederent christo
miracula non faciente non pec-
cauerut. dicit enim ipse infra in
eodem euangelio. Si opera non
fecisset que nullus alius fecit
peccatum non haberent et loqui-
tur de peccato infidelitatis fm
augustinum. ergo christus si non
fecisset miracula homines cre-
dere non tenebantur. ¶ Secundo
sic. nullus potest mutare legem
nisi latore legis vel eo superior.
sed christus predicabat quedam
que videbantur pertinere ad ve-
teris legis abolitionem. sicut q
cibis non coinqquarent hominem.
et l*z* sabbato operari. ergo si non
probasset se esse legislator*e* non
erat ei credendum. sed hoc fieri
non potuisset nisi per miracula.
ergo christo non erat credendum
nisi miracula fecisset. ergo illud
non videtur sufficiens argumen-
tum ad probandum indeos inex-
cusabiles esse. q ait. Si non ve-
nissem et locutus eis fuisse. pec-
catum non haberet. ¶ Tertio ar-
guitur ex illo. quod inquit apo-
stolus petrus Act. iiij. iudeis lo-
quens. Scio q per ignorantias
fecistis sicut et principes vestri.
sed ignorancia excusat. ergo &c.
¶ In oppositum est euagelium p*ns*.
¶ Respondeo dicendum iuxta san-
ctum thomam in quotlibetto. ii.
et super iohannem. q christo pre-
dicante etia si nulla visibilia mi-
racula fecisset. iudei audientes

eum credere tenebantur. et ideo
no credentes inexcusabiles sunt
a peccato infidelitatis. Ita con-
clusio probatur sic. Magis obli-
gabantur homines ad credendum
prime veritati q ad credendum
visibilibus signis. sed licet chris-
tus miracula visibilia non fecis-
set tamen ver*d*eus existens. pri-
ma veritas erat. ergo etia si no
miracula fecisset adhuc erat ei
credendum. Probatur autem et
declarat conclusio sic. Quolibet
to. h. arti. vi. Nullus tenetur ad
hoc quod est supra vires suas ni
si per eum modum quo fit sibi pos-
sibile. credere autem est super po-
tentiam hominis naturalem. v*n*
ex dono dei puenit. fm illud apo-
stoli ad eph. iiij. Br*a* saluati estis
per fidem. et hoc non est ex vobis
dei enim donum est. Et ad phil.
i. dicit. Vobis datum est non so-
lum ut in ipsum creditis. sed et
pro ipso patiamini. homo igit te-
net credere fz hoc q iunat a deo
ad credendum. Ad innatur autem
a deo aliquis ad credendum tri-
pliciter. Primo quidem per in-
terior*e* vocatione. de qua dr. iob.
vi. Omnis qui audit a patre et di-
citur per interior*e* vocatione
venit ad me. Et ad Roma. viii.
Quos predestinavit hos et voca-
vit. Scio per doctrinam et pre-
dicationem exteriores. fm illud
apostoli ad Rom. x. Fides et au-
ditu est. auditus autem per ver-
bum dei. Tertio per exterior*e*
miracula. Ut dr. i. ad Cor. xliii.

In festo sc̄tōꝝ symonis ⁊ iude. No.ccl.

Q̄ signa data sunt infidelibus. vt
sc̄z per eā p̄uocētur ad fidem. si
autem xp̄s visibilia miracula nō
fecisset adhuc remanebant alij
modi attrahēdi ad fidem q̄bus
hoies acquiescere tenerētur. te-
nebātur aut̄ hoies credere acto-
ri legis ⁊ pp̄hetarū. quē se esse
xp̄s per auctoritatem sacre scri-
pture demonstrabat. tenebāt etiā
interiori vocationi nō resistere.
sicut Ȳsaias de sē dicit. D̄his aut̄
aperuit mihi aurem. ego aut̄ nō
contradicō nec retrosum abū.
Ȳsa.l. Sicut ecōtrario de qui
buldā dicitur Act. vii. vos semp̄
sp̄nisc̄tō restitistis. Et ideo opti-
me dicit xp̄s. Si ego personali-
ter nō venissem sicut p̄ pp̄hetas
fuit predictū. ⁊ locutus docens
eos per legem ⁊ pp̄hetas ⁊ ostē-
dens me esse messiā in lege pro-
missum. peccatū non haberent.
Qd aut̄ ipsi cognoverūt xp̄s. ptz
Mat. xxj. Hic est heres venite
occidamus eum. Q Ad rōnes in
oppositū. Q Ad primā respōdet
negando minorē. Et ad proba-
tionez r̄ndet q̄ p̄ illa opera que
xp̄s in eis fecit. anumerari etiā
debet vocationis interioris que quo-
dam attraxit. sicut Grego. dicit
in quadā omelia. q̄ xp̄s mariaz
madalenā traxit interins. q̄ etiā
per clementiā suscepit foras. an-
umerari etiā debet eius do-
ctrina cum etiā ipse dicat. Si
non venissem ⁊ locutus eis fuis-
sem. peccatū nō haberent. Q Ad
secundā respōdetur negādo mi-

norem. Dicimus enim q̄ xp̄s po-
terat se ostēdere ⁊ ostendit legis
latorem nō solum faciendo visi-
bilia miracula. sed etiam per
auctoritatem scripture ⁊ per. in
teriorē instinctum.



D secundā
questiōne qua
queritur. vtrū
argumentum
illud xp̄i sit suf-
ficiēs quo ait
Si opera non
ficisem in eis que nemo aliis
fecit. peccatū nō haberēt. sic pro-
ceditur. Et videt q̄ non. Q Pri-
mo sic. hoc contrariatur superiori
questiōni. ergo nō valet. sequē-
tia est bona. antecedēs. pbatur.
q̄ in superiori dictū est. q̄ etiā
si xp̄s non fecisset miracula ad-
huc peccatum haberent nō reci-
pientes eum. Sc̄do sic. Xp̄s nō
fecit in eis alia que alij non fe-
cerint. nā si suscitauit mortuos
hoc helyas ⁊ helyseus fecerūt.
si xp̄s ambulauit supra mare et
moyses mare diuisit. et iosue qd
maiū est fecit. solem stare Ios-
sue. x. ergo non videt argumentū
illud xp̄i sufficiens. Q Tertio
sic. aliqui fecerunt maiora mira-
cula q̄ xp̄s. Dicitur em̄ Johan.
xiiij. Qui credit in me opera que
ego facio ⁊ ipse faciet. ⁊ maior
a horum faciet. Q Quarto sic.
miracula nō sufficiūt. ad pbans-
dum gratiā gratum facientē in
aliquo. ergo nec ad pbandū diui-

I iiij

In festo sanctorum symonis et inde.

mitatem in aliquo. ergo argumentum illud non videtur sufficiens.
¶ In oppositum est verbum Christi in evangelio. ¶ Respondeo dicendum. quod miracula que Christus fecit sufficienter probant Christum deum esse. et per consequens argumentum Christi fuit sufficiens ad probandum. Propterea conclusio ex illo Iohannes V. Opera que dedit mihi pater ut facias ipsa te simonium persubdere de me. Propterea et ratione. (que habetur. iii. par. q. xliii. ar. iii.) Primo quidem secundum ipsam speciem rerum que trascenderant omnem potestatem creare virtutis. et ideo non poterat fieri nisi virtute divina. Secundo propter modum faciendi. quia propria virtute sive potestate faciebat miracula non autem orando sicut alii. Unde et Luce. vi. Virtus de illo exhibebat et sanabat omnes. Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primas respondet. negando assumptum. Et ad probationem respondet sicut dictum est prius in superiori questione per opera que Christus fecit intelligendum est non solum de visibilibus. sed etiam de invisibilibus. scilicet interiori instinctu et attractu doctrine. que quidem si in eis non fecisset peccatum non haberentur. Ad secundam respondet. secundum Augustinum. quod dominus non loquitur de quibuscumque miraculis factis in eis. id est. in conspectu eorum. sed de factis in eis. id est personis eorum. nam in curatione infirmorum nullus tantum in eis fecit opus Christus. quis etiam et in

aliis similiter quia nullus alius homo factus est deus. et nullus natus est de virginibus nisi Christus. Fecit ergo in eis opera que nemo alius fecit in curatione etiam in firmorum. Et hoc in tribus. Primo quidem in magnitudine. quia mortuum quadrupedum suscitauit cecum natum illuminauit. quod a seculo non est auditum. Secundo in multitudo. quod omnes quanto male habebant curabantur. ut dicit Mattheus. xv. quod nullus alius fecit. Tertio in modo. quod sicut dicitur alius faciebat oratione invocando ostendentes se non propria virtute facere. sed Christus faciebat iperacione quasi propria virtute. sic ergo huius et alii mortuos suscitant et alia miracula facerent quod Christus fecit. non tamen eodem modo nec propria virtute ut Christus. Similiter quod dominus de statu solis minus est eo quod Christus moriens lunam retrocedere fecit. et totum cursum firmamenti mutauit. ergo ratio non procedit. Ad tertiam respondet. negando consequentiam. Et ratio est. quod alii huius quo ad substantiam aliquam maiora facerent. sicut quod umbra petri sanabat infirmos. non tamen maiora erant quo ad modum. immo illi non faciebant sine Christo. vii. secundum inuocando illa operabantur. Ad quartam respondet. negando consequentiam. Et ratio est. quia ut habeat quoslibet. h. ar. vi. ad. iii. Miracula sunt virtute divina ad confirmationem veritatis fidei. Unde et Marcii vlti. de apostolis. quod predi-

In festo sc̄tōꝝ symonis r̄ude. **Fo.cclij.**

canerunt vbiqꝫ domino cooperāte et sermonem confirmante sequentibus signis . non aut fiunt miracula semper ad demonstrādum gratiam eius per quam miracula fiunt . et ideo potest cōtingere qꝫ aliquis gratiam gratum facientem non habens miracula faciet . sed hoc contingere nō potest qꝫ aliquis falsam doctrinā annuncians vera macula faciet que non nisi virtute diuina fieri possunt . sic enim deus esset falsitatis testis . quod est impossibile cum ergo xp̄s se filium dei diceret equalē deo . hanc eius doctrinā comprobant miracula que faciebat . et ideo ostendebat xp̄s per miracula que faciebat esse deus . Petrus aut̄ licet eavel māiora miracula faceret . nō probabatur esse deus . sed per ea etiam probabatur qꝫ christus esset deus . qꝫ petrus non predicabat seipm̄ sed iesum christum esse deum .



**II festo om̄niū
nium sanctor̄
est euāgeliūz .**
Videns iesus turbas rc . mat thei . v . Circa qđ possunt disputeri sequentes q̄stiones .

Prima . vtrum beatitudo sanctorum consistat in visione dei p̄ essentiam . **Secunda .** vtrum beatividentes deum per essentiam vidant omnia que deus videt .

Tertia . vtrum beati in gloria prius ferant ad contemplandā xp̄i diuinitatē qꝫ eius humanitatē .



D prīmā questionē sic p̄ceditur . Et videb̄ qꝫ beatitudo sanctorum non consistit in visio-

ne dei per essentiam . **Primo** sic . beatitudo in bonis corporis consistit . ergo non in visione dei rc . consequentia est bona assumpta probatur . qz qđ a plurib⁹ dōr̄ impossibile est esse falsum totaliter ut cōmētator dicit . i . de anima . t p̄bs . vii . Eth . qꝫ opinio nō perdit quam populi multi famant . sed maior hominū multitudo inclinatur ad querēdum corporales delectationes et corporalia bona quasi finem ergo finis humanae nature in corporalibus bonis consistit . sed finem humane nature dicimus beatitudinem . ergo hominis beatitudo in bonis corporis querenda est . **Secundo** sic intellectus non potest ad hoc pertingere qꝫ videat deum per essentiam . ergo sanctorum beatitudo non consistit in visione dei per essentiam . consequentia est bona . probatur assumptum . **Primo** sic . cum intelligibile sit perfectio intellectus oportet esse proportionem inter intelligibile et intellectum et visibile et visum . sed non possumus acci-

J iij